Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

testis respondit prout ad primum Consimiliter respondit ad tercium articulum
Super Quarto articulo incipiente Item quod fuit liberalis etc. Examinatus testis
credit articulum verum quia ita audivit per quatuor annos proxime decursos
Super Quinto articulo incipiente Item quod multa et egregia etc. Examinatus
testis credit articulum verum causam reddit quia dicit se audivisse et audire
quod Monasterium Newnburgense construxerit
Super Sexto septimo et Octavo articulis sese immediate sequentibus testis exa-
minatus fatetur articulos ex auditu
Super Nono articulo incipiente Item quod sepius contra infideles etc. Examinatus testis
dixit sibi non constare de articulatis Itidem respondit ad decimum articulum
Super Undecimo articulo incipiente Item quod toto tempore vite sue etc. Exami-
natus testis credit articulum fore verum quia per annos quatuor proxime
decursos undique in locis ubi moram traxerit videlicet in Swidavo State
dioc. et Tebin Taurien. doctores audivit quod ipse leopoldus bonam sanctam
et honestam vitam duxit
Super duodecimo articulo incipiente Item quod propter bona opera sua etc. Exa-
minatus testis fatetur articulum fore verum ex fama publica
Super Tredecimo et quattuordecimo articulis Item quod a sede apostolica etc. Exami-
natus testis dixit sibi de articulatis non constare
Super Quindecimo articulo incipiente Item quod omnia bona que egit etc.
Examinatus testis credit articulum verum prout articulatur
Super Sedecimo articulo incipiente Item quod tempore vite sue etc. Examinatus
testis credit ita prout articulatur
Super Decimoseptimo articulo incipiente Item quod post mortem suam similiter etc.
Examinatus testis fatetur articulum verum causam reddit quia pro eo et
in hunc finem prout articulatur ipse leopoldus in infirmitate sua huius
caverit
Super Decimo octavo articulo Item quod de predictis omnibus et singulis etc.
Examinatus testis fatetur articulum causam reddit quia ex eadem causa
de diversis districtibus et locis vicinis peregrinationes generales ad hunc
locum Newnburgensem fiant
Super Decimonono articulo incipiente Item quod post mortem suam claruit etc.
Respondit et confessus est quod de anno septuagesimo in quadragesima
pes sinister in Tibia et iunctura ex quibusdam causis ignoret sibi inciccua-
batur Ita quod eundem pedem nichil penitus in iunctura movere sed claudi-
cando et curvate modicum ambulare potuit duranteque infirmitate huiusmodi
per unam antiquaria et ultra ipse testis recollectus de meritis beati Leopoldi
se cum voto et offertorio trium denariorum ad tumbam eius devovit